

ostendi *supra* c. 2. num. 4. & 5. quod hic nolo repetere.

N. VI.

Ulterius sedulo & diligenter cavendum ut libellus e-
jusque conclusio clara, certa, aperta & apta sit, mediumque
concludendi evidenter resultet, ut *dixi supra* c. 2. num. 6.

add. V Vef. *de edend.* num. 4. Rosbach. *d. l.* num. 34.

Præsertim in criminalibus, ibi enim obscurus vel generalis li-
bellus etiam parte non opponente non procedit.

l. 3. ibique Gothof. *de accusat.*

In illis enim actor vagari non debet.

arg. l. 16. de Dolo Gail. 1. O. 62. num. 13. & O. 64. num. 9. &
2. O. 157. num. 4.

Attamen petitio incerta & generalis non nunquam admittitur
propter incertitudinem facti, ex facto Rei, quo casu etiam da-
tur & permittitur cumulatio actionum

l. 1. §. 4. quod legatorum

de quâ paucis vid. *in fin. hujus Disput.*

Ete causa est quod libellus alternativus, qui alias non admit-
titur

arg. l. 7. §. 4. de injuriis l. 75. §. 8. de V. O. Bach. 1. *de Act.* 37.

Berlich. P. 1. C. 12. n. 23. usque ad 41. Carpz. I. P. F. P. 1. C. 2.
Def. 7. 8. 9. 10.

toleretur.

Gail. 1. O. 62. n. 4. & *seqq.* Myns. 4. O. 11. l. 17. C. *de Transact.*

veluti (1) in materia *l. 2. C. de rescind. vendit.*

Berlich. & Carpz. *dd. ll.*

ubi notandum quod hoc in casu libellus possit esse simplex &
nihilominus condemnatio alternativa.

Myns. 2. O. 42. *inf.*

(2) In petitione hereditatis.